

Imperiale Mandatum in hac forma. discretis viris Iudici Angelo Bonello et Notario Leoni de Barolo suis sicut fratribus Iudex Gilibertus de Esculo Imperialis Camerarius terre Bari salutem et timorem sincerum. Nuper ab Imperiali Culmine sacris recepisse licteris in hac forma Fride-ricus dei gratia Romanorum Imperator et cetera Iudici Giliberto de Esculo magistri Camerario terre Bari et cetera Exposuit Excellentie vestre Archipresbitero Sante Marie de Barolo pro parte sua et clericorum ipsius Ecclesie fidelium nostrorum quod cum ipsi et antecessores eorum tempore Regum felicium predecessorum nostrorum usque ad hec felicia tempora nostra Quartam partem decime doane Baroli Baiulationis Banci Census et Bucharie Baroli Consueverunt percipere et habere. Tu. sicut affers dare eis denegas presenti. anno absque mandato nostri culminis speciali. Quo Circa fidelitati tue mandavimus percipiendo. Quatinus si. Ita est quod dictam quartam partem decime supradicte. percipere Ipse et antecessores sui consueverunt habere temporibus supradictis eisdem quartam partem ipsius decime absque difficultate aliqua exhibere procures. datum fogie terciodecimo decembris quinte indictionis. volentes itaque prescriptum Imperiale mandatum exequi reverenter vobis ex Imperiali parte mandamus quatinus cum omni diligentia et quantitatis. si Iuxta formam et Continenciam prescripti imperialis mandati Cuius tenorem vos diligenter. in hoc. actendens volumus Quartam partem supradicte decime Archipresbiter et antecessores de dohana Baroli et veteris. Buczarie consueverunt percipere et habere temporibus supradictis. quantitatis. Etiam qualitatis vetus. Buczarie Baroli Circa Exhibitionem ipsius decime a nova est solita separare et factis exinde duobus publicis Instrumentis similibus unum ad Nos mictatis quam citius et alterum penes dictum Archipresbiterum et clericos dimictatis. Datum trani Nonodecima decembris quinte Indictionis. Ad cuius celerem Executionem Mandatum cum omni